

Quam copiam et omnia supra et singula trasscripsi, copiavi et exemplavi ego Iacobuctius Iacobi | Nicolay Abbamontis publicus notarius constitutus pro ut in autentico privilegio inveni nil adito vel | diminuto cum consiencia mea, forsan punto vel silaba, sed diligenter exculcatis de verbo ad verbum cum | sapienti et discreto viro notario Mainecto Thomasii Mathey, nil inventum quod mutet vel viciet | dictum privilegium, ad petitionem fratris humilis syndici communis Esculi, cuius sui est, set cum consie|ntia de licentia et mandato sapientis et dilecti viri domini Andree domini Iohannis de Mevanea honorabilis potestatis Esculi, sub anno Domini M° CCC° primo, indictione quartadecima, die un|decimo mensis novembris, tempore domini Bonifatii pape octavi. Actum in palatio dicti communis, presentibus dicto notario Manecto rogato et de mandato dicti domini potestati de subscriptione, Guillelmo damicello domini episcopi, notario Iacobo Bartolomei Cataldi, domino Alesandro iudice dicti domini potestatis et aliis pluribus testibus publicavi et in publicam formam reddegi et meum signum posui.